



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Præsumptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

asperitatem, ad quam regula expressè, aut tacitè non extenditur, nisi in poenam delicti commissi: nec ad impertinentia ordinis, & regulæ, sicut leuare paleam à terra: Sed non est contra regulam aliquid ab eà iussam, in quo Prælatus dispensare potest, vt si iubetis subdito non ieiunare tali die, nam subditus obedire tenetur. num. 39.

Prælatus potest dispensare circa numerum Missarum, si fuerit exorbitans, vel elemosinis impar. cap. 15. num. 138.

Quomodo possint Prælati dispensare cum suis circa irregularitatem, vide Irregularitas. X.

P R Æ S C R I P T I O, canonica, id est, incepta & continuata bona fide. c. 17. n. 85.

P R Æ S Y M P T I O, Peccat mort. qui est irreuerentia notabili Dei, vel cum damno notabili proximi suscipit exercere officium, quod nescit. c. 23. n. 14. Idem de procuratore illud, sine malo, & sine animo consulendi peritos: secus si sine bono, & cum tali animo. num. 15.

Peccat mort. qui confidit se gloriam consequitur sine meritis, vel cum merito adque gratia Dei, & qui confidit se non amissurum gratiam, nec puniendum quantumcumque peccet. num. 14.

Peccatum est contra Spiritum sanctum præsum

presumptio, qua impeditur bonus timor: dicitur irremissibilis, non quia non possit remitti si adsit vera contritio, & poenitentia, sed quia suapte natura repellit media, & principia, quibus remittuntur peccata. Hæc & alia peccata in Spiritum sanctum sunt gravissima, quoties pars Superior animæ consentit in eis: alias solum sunt venialia. Quia surreptio in omni materia excusat à mortali. num. 126.

## P R E T I V M.

P R E T I V M rerum iustum est triplex: Primum, medium, summum, cap. 17. num. 228. c. 23. num. 73.

Pretium non augetur; nec minuitur per dilatam solutionem. cap. 23. n. 82. Nec augetur periculo recipiendi rem creditam. n. 81. Augetur tamen utilitate venditoris, sed non utilitate, vel necessitate emptoris. n. 78. & 83.

Pretium rerum augetur paucitate venditorum, & minuitur copia eorum. n. 84.

Quid sit pretium, aut quomodo taxandum, aut quomodo peccatur per illud, videtur. Emptio. 1.

Circa pretium censûs edidit Pius V. sequentem Extravagantem.

Pius